DISPVTATIO FRANCISCI PISCINAE *IVRECONSVLTI* CARMAGNOLIEN.

An ſtatuta Feminarum excluſiua porrigantur ad bona forenſia.

IN MONTE REGALI, MDLXX.

Sumptibus Franciſci Dulcij, & Bartholomæi Galli.

CVM PRIVILEGIO.

ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO HEROI

Renato Birago ſupremo Regii Ciſmontani Senatus Præſidi, Secretioriſque Regii conſilii Conſiliario. &c.

FRANCISCVS PISCINA IVRISCONSVLTVS CARMAGNOLIENSIS FELICITATEM.

QVEMADMODVM Veteres Sacerdotes tribus potiſſimum de cauſis, (ſi Porphyrio credimus) Dijs ſacrificare conſueuerant, vt eos pie ac religioſe colerent, vt pro acceptis beneficijs gratias agerent, & vt eorum benignitate ad bene beateq́

DISPVTATIO FRANCISCI PISCINAE *Iureconſulti Carmagnolienſis.*

An ſtatuta feminarum excluſiua porrigantur ad bona forenſia.

1 FREQVENTES & *vbique in iudicijs naſcuntur controuerſiæ ſuper ſtatutis mulieres ab inteſtato ſuccedere prohibentibus, cum in fere omnibus Italiæ locis, ea (diuerſimodè tamen) obſeruentur, ueluti Bald. ſcribit in l. cum lege, nume. 4. C. de epiſcopis & cleric. in l. ultima, nu. primo, ibique Caſtrenſis. C. de ſuis & legit. liber. Iaſ. in §. actionũ, nu. 220. Inſtit. de actio. Curt. Iun. in l. certum, nu. 4. in princ. C. unde legit. & in conſi. 105. nu. 26. cumulatiſſime Portius in conſil. 116. nu. 5. & in hac Marchia Saluciarum extat ampliſſimũ huiuſce materiæ decretum, factum de anno 1513. a Michaele Antonio tunc Marchione: Inter cæteras tamen quæſtiones, quæ ex eiſdem ſtatutis ſubo-*